Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Qeometrica disciplina primvm ab [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

GEOMETRICA · DISCIPLINA · PRIMVM · AB · EGIPTIIS · REPERTA · DICITVR · Qp · INVNdãte nilo & omnibus possessionibus eius limo obductis initium terre diuidende p lineas & mensuras nomen arti dedit. Que deinde longius acumine sapientium producta & maris & caeli & aeris spacia metitur. Nam prouocati studiosi ceperunt post terre dimensionẽ· & caeli spacia querere quanto interuallo luna a terris·a luna sol ipe distaret·et vsq; ad verticem celi quanta se mensura distenderet· sicq; interualla ipa caeli· orbisq; ambitum·per numerum stadiorum ratione probabili distinxerũt. Sed quia ex terre dimensione haec disciplina cepit ex initio sui & nomẽ seruauit. Nam geometria de terra de mensura nuncupata est·terra enim graece ge vocatur·metra mẽsura. Huius disciplinae ars continet in se liniamenta·interualla· magnitudines et figuras·et in figuris dimensiones·& numeros

De. Quadripertita diuisione geometrie Ca·ii

Geometrie quadripertita diuisio est·in planũ·in magnitudinem numerabilem·in magnitudinẽ rationabilem·& in figuras solidas. Plane figure sunt·que longitudine & latitudine continentur· que sunt iuxta platonẽ numero quinq;. Numerabilis magnitudo est·q̃ numeris arithmetice diuidi potest. Magnitudines rationabiles sunt·quarum mẽsuram scire possumus. Irrationabiles sunt·quarũ mensure quãtitas cognitio non habetur

De. Figuris geometrie Ca·ii

Figure solide sunt que longitudine & latitudine & altitudine continent· ut est cubus cuius species quiq; in plano·quay prima circulus est plano pede· figura plana ita  que vocatur circũducta· cuius ĩ medio punctus est quo· cuncta conuergunt· quod centrum geometri vocant·latini punctum circuli nuncupant. Quadrilatera plano pede figura est in plano quadrata· que sub quatuor rectis lineis iacet ita· Dianatheton gramon figura plana ita· Orto gonium ·id est rectiangulum· figura plana·in plano pede. Est enim triangulum· & habet angulum, rectum ita· Isoplerus figura plana recta· & subter constituta in solidũ

ita· Spera est figura in rotundum formata ita partibus cũ
tis· equalis in solidum· Cubus est figura propa solida
que longitudine & latitudi ·ne et altitudine continetur in
solidum ita ·Cbilindrus est figura quadrata· habens supe/
rius semicir culum in solidum ita· Conon figura que
ab amplo ĩ angustum finit· sicut orto· gonium ita·
Piramis est figura que in modum ignis ab amplo in acu
men consurgit ita ·Ignis enim apud graecos pirin appellat̃
Sicut enim infra ·x·omnis est numerus·ita infra hunc cir/
culum omnium figurarum concluditur ambitus· Prima
autem figura huius artis punctus est· cuius pars .nulla ẽ
Secũda linea preter latitudinem·longitudo recta linea est· que
exequo in suis punctis iacet. Superficies vero ꝙ longitudines
et latitudines sola habet. Superficies vero fines linee sunt·quoꝝ
forme ideo in superi oribus·x·figuris posite non sunt·quia intra
eas inuen iuntur.

De. Numeris secũdum geometriam querendis Ca·iiii

Vmeros autem secũdum geometriam ita queris. Ex
trema quippe eius multiplicata tantũ faciunt·quan/
tum & media duplicata·utputa vi·&·xii·multiplicata
faciunt septuagies· dipondius·media·viii· &·viii·multipli cata
tantundem faciunt.

INCIPIT · LIBER · TERCIVS · DE · MVSICA · ET · EIVS · NOMINE ·

MVSICA · EST · PERITIA · MODV
LATIONIS · SONO · CANTVQ ·
CONSISTENS · ET · DICTA · MV
sica per deriuationem a musis. Muse autẽ
appellate a potumuson·id est a querendo·
ꝙ per eas sicut antiqui voluerunt vis car/
minum & vocis modulatio quereretur. Quorum sonus quia
sensibilis res est· ꝑterfluit in preteritum tempus· imprimiturq;
memorie. Inde a poetis iouis & memorie filias musas esse con/
fictum est. Nisi enim ab homine memorie teneant̃ soni pereũt
quia scribi non possunt·

De. Inuentoribus eius Ca ii

Moises dicit repertorem musice artis fuisse tubal· qui fuit de stirpe cain ante diluuium. Graeci vero pitagoram dicũt huius artis inuenisse primordia ex malleorum sonitu & cordarum extensione percussa. Alii linũ thebeũ· & zetum· & amphion in musica arte primos claruisse ferunt. Post quos paulatim directa est precipue haec disciplina·& auc ta multis modis· eratq; tam turpe musicam nescire q̃m litteras. Interponebatur autem non modo sacris·sed et omnibus solennibus omnibusq; letis vel tristioribus rebus. Vt enim in veneratione diuina himni ita in nuptiis himenei· & in funeribus treni·et lamenta ad tibias canebantur. In conuiuiis vero lira vel cithara circumferebatur·& accubantibus singulis ordinabatur conuiuiale genus canticorum

¶ Quid sit musica ¶ Ca·iii

Taq; sine musica nulla disciplina potest esse pfecta. Nichil enim est sine illa. Nam & ipse mundus quadam armonia sonorum fertur esse compositus·& caelum ipm sub armonie modulacõe reuolui. Musica mouet affectus·prouocat in diuersum habitũ sensũs. In preliis quoq; tube concentus pugnantes accendit·& quanto vehementior fuerit clangor·tanto fit animus ad certamen fortior. Siquidem & remiges cantus hortatur. Ad tolerados quoq; labores musica animum mulcet·& singulorũ operũ fatigacõnem modulatio vocis solatur. Excitatos quoq; animos musica sedat·sicut de dauid legitur·qui ab ipo spiritu immũdo saulem arte modulationis eripuit. Ipsas quoq; bestias necnon serpentes·volucres·atq; delphinas ad auditum sue modulatiõis musica ,puocat. Sed quicquid loquimur vel intrinsecus venarũ pulsibus commouemur· per musicos richmos·armonie virtutibus probatur esse sociatum.

¶ De. Tribus partibus musice ¶ Ca·iiii

Vsice partes sunt tres·id est armonica·richmica· metrica. Armonica est·que discernit in sonis acutum et grauem. Richmica est·que requirit incursionem verborum· vtrum bene sonus an male cohereat. Metrica est que mensuram diuersorum metrorum probabili ratione cognoscit· ut verbi gratia·heroicum·iambicum·elegiacum & cetera

¶ De. Triformi musice diuisione ¶ Ca·v

Omnem autem sonum qui materies cantilenarũ est triformem constat esse naturã. Prima ẽ armonica

que ex vocum cantibus constat. Secúda organica que ex flatu consistit. Tercia richmica que impulsu digitorꝫ numeros recipit Nam aut a voce editur sonus sicut per fauces. Aut flatu sicut p tubam & tibiam. Aut impulsu sicut per citharā·aut per quodli bet aliud quod percuciendo sonorum est

De. Prima diuisione musice armonica Ca·vi

Prima diuisio musice que armonica dicitur id est modulatio vocis·pertinet ad cómedos·tragedos·vel choros·vel ad omnes qui propria voce canunt. Haec ex animo & corpore motum facit·& ex motu sonum·ex quo colligitur musica que in homine vox appellat̃. Vox est aer spiritu verberatus·vnde & verba sunt nuncupata. Proprie autem vox hominum est seu irrationabilium animantium. Nam in aliis abusiue non proprie sonitus vox vocat̃·ut Vox tube infremuit fractasqꝫ ad litora voces. Nam proprium est·ut. Litorei sonant scopuli & ad terribilem tubam sonitum procul ere canoro. Armonica est modulatio vocis & concordantia plurimorũ sonorum vel coaptatio. Simphonia est modulationis temperamentum ex graui et acuto concordantibus sonis siue in voce·siue in flatu·siue impulsu. Per hãc quippe voces acutiores grauioresqꝫ concordant·ita ut quisquis ab ea dissonuerit·sensum auditus offendat. Cuius cõtraria ẽ diaphonia id est voces discrepãtes vel dissone. Euphonia est suauitas vocis. Haec et melos a suauitate & melle dicta. Diatesima est vocis spacium ex duobus vel pluribus sonis aptatum. Diesis est spacia quedam & deductiones modulandi atqꝫ vergẽtes de vno in alterum sonum. Tonus est acuta enunciatio vocis. Est enim armonie differentia·& quãtitas que in vocis accẽtu vel tenore consistit. Cuius genera in·xv· partibus musici diuiserunt·ex quibus iperhidius nouissimus·& acutissimus ippodorius omnium grauissimus est. Cantus est inflexio vocis. Nam sonus directus est. Praecedit autem sonus cantum. Arsis est vocis eleuatio id est initium. Thesis vocis positio hoc est finis. Suaues voces sunt subtiles·& spisse·clare·atqꝫ acute. Perspicue voces sunt·que longius protrahuntur· ita ut omnem impleant continuo locum·sicut clangor tubarũ. Subtiles voces sunt·quibus non est spiritus qualis est infantiũ vel mulierum·vel egrotãtium sicut in neruis. Que enĩ subtilissime corde sunt·subtiles ac tenues sonus emittũt. Pigres sunt voces

quando ſpiritus multus egreditur ſimul ſicut virorum. Acuta vox eſt tenuis· alta ſicut in cordis videmus. Dura vox eſt· que violenter emittit ſonus·ſicut tonitruū·ſicut incudis ſonus·quo/tiens in durum malleus percutitur ferrum. Aſpera vox ē rauca· & que diſpgitur per minutos & in diſſimiles pulſus. Ceca vox eſt· que mox ut emiſſa fuerit cōticeſcit·atq; ſuffocata nequaq̃m longius producit· ſicut ē in fictilibus. Vinnolata vox ē mollis atq; flexibilis. Et vinnolata dicta a vino hoc ē a cincinno mol/liter flexo. Perfecta autem vox eſt·alta·ſuauis·& clara. Alta ut in ſublime ſufficiat. Clara ut aures adimpleat. Suauis ut aures vel animos audiētium blandiat. Si ex his aliquid defuerit vox perfecta non erit

De. Secunda diuiſione organica Ca·vii

Secunda diuiſio organica eſt·in his que ſpiritu reflā/te completa in ſonum vocis animantur·ut ſunt tube calami·fiſtule·organa·pandoria·& his ſimilia inſtru/menta. Organum vocabulum eſt generale vaſorum omniū muſicorum. Hoc autem cui folles adhibentur· alio greci nomie appellant. Vt autem organum dicatur·magis ea vulgaris ē con/ſuetudo graecorum. Tuba primum a tirrenis inuenta·de qui/bus virgilius. Tirrenuſq; tube mugire per ethera clangor. Adhi/bebatur autem non ſolum in proeliis·ſed & in omnibus feſtis diebus·propter laudes vel gaudii claritatem. Vnde & in pſalte/rio dicitur. Cantate in initio menſis tuba·in die inſigni ſolenni/tatis veſtre. Praeceptum enim fuerat iudeis·ut in initio noue lu/ne tuba clangerent·quod etiam hucuſq; faciunt. Tibias exco/gitatas in frigia ferunt. Has quidem diu funeribus tantū adhi/tas·mox & ſacris gentilium. Tibias autem appellatas putant·q; primum de ceruinis tibiis cruribuſq; hinnulorū fierent·deinde per abuſionem ita ceptas vocari etiam que non de cruribus oſſi/buſq; eſſent. Hinc & tibicen quaſi ſunt tibiarum cantus. Ca/lamus nomē eſt arboris proprium a calendo id eſt fundendo voces vocatur Fiſtulam quidam putant a mercurio inuentā Alii a fauno quem graeci vocant pan. Nonnulli ab idi paſtore agrigentino ex ſicilia. Fiſtula autem dicta· q; vocem emittat. Nam graece phos vox·ſtolia miſſa latine appellat̃. Sambuca in muſicis ſpecies eſt ſimphoniarū. Eſt eni genus ligni fragilis vnde & tibie cōponuntur. Pandorius ab inuentore vocatus·

de quo virgilius. Pan primus calamos cera coniungere plures.
Instituit·pan curat oues ouiumq; magister. Fuit enim apud gé
tiles deus pastoralis· qui primus dispares calamos ad cantum
aptauit·& studiosa arte composuit.

De. Tercia diuisione richmica Ca·viii

Tercia est diuisio richmica· pertinens ad neruos &
pulsus·cui dantur species diuersarum citharaꝝ. Tim/
panum quoq; cimbalum· sistrum·acitabula enea &
argentea·vel alia que metallico rigore percussa· reddunt cũ sua/
uitate tinnitũ·& cetera huiusmodi. Cithare ac psalterii reper/
tor tubal ut predictum est refertur. Iuxta oppinionem autem
graecorum cithare vsus repertus fuisse ab appolline creditur. For/
ma cithare in initio similis fuisse traditur pectori humano· quo
vti vox e pectore ita ex ipa cãtus ederetur· appellataq; eadem de
causa. Nam pectus dorica lingua cithara vocatur. Paulatim aũt
plures eius species extiterunt·ut psalteria· lire·barbite· phenices·
& pectides·& que dicuntur indice·& feriũtur a duobus simul.
Item alie atq; alie·& quadrata forma vel trigonali. Cordarum
etiam numerus multiplicatus est·& cõmutatũ genus. Veteres
autem citharam fidiculam vel fidicen nominauerũt· quia tam
concinunt inter se corde eius q̃m bene conueniat inter quos fi/
des sit. Antiqua autem cithara septem cordis erat. Vnde & vir/
gilius. Septem discrimina vocum. Discrimina auté ideo·quia
nulla corda vicine corde similem sonum reddat. Sed ideo septé
corde vel quia totam vocem implent·vel q; septem motibus so
nat caelum. Cordas autem dictas a corde·quia sicut pulsus est
cordis in pectore·ita pulsus corde in cithara. Has primus mer/
curius excogitauit·idemq; prior in neruos sonũ strinxit. Psal
terium quod vulgo canticum dicitur·a psallendo nominatum
q; ad eius vocem chorus consonando respondeat. Est autem si/
militudo cithare barbarice in modum·A·delte littere. Sed psal/
terii & cithare haec differentia est· q; psalterium lignum illud
concauum vnde sonus redditur superius habet· & deorsum fe/
riuntur corde·et desuper sonant. Cithara autem cõcauitatẽ ligni
inferius habet. Psalterio autem hebrei decacordo vsi sunt ꝓpter
decalogum legis. Lira dicta a potulirin id est a varietate vocũ
q; diuersos sonus efficiat. Liram primum a mercurio inuẽtam
fuisse dicunt hoc modo. Cum regrediens nilus in suos meatus

varia in campis reliquisset animalia· relicta etiam testudo est. Que cũ putrefacta esset· & nerui eius remansissent extenti intra corium·percussa a mercurio sonitum dedit ad cuius speciẽ mercurius liram fecit·& orpheo tradidit·qui erat huius rei maxime studiosus. Vnde et estimatur eadem arte non feras tantũ·sed et saxa atq; siluas cantus modulatione applicuisse. Hanc musici propter studii amorem & carminis laudem etiam inter sidera suarum fabularum cõmentis collocatam esse finxerunt. ¶ Timpanum est pellis vel corium ligno ex vna parte extensum. Est enim pars media simphonie in similitudinem cribri. Timpanũ autem dictum q; medium est. Vnde & margaritum medium timpanum dicitur·& ipm ut simphonia ad virgulam percutit·

¶ Cimbala & acitabula quedam sunt que percussa inuicem se tangunt & sonum faciunt. Dicta autem cimbala quia cũ ballematio simul percutiuntur. Graeci dicunt cimbala ballematia.

¶ Sistrum ab inuentrice vocatum. Isis enim regina egiptiorũ id genus inuenisse probatur. Iuuenalis. Isis & irato feriat mea lumina sistro. Inde & hoc mulieres percutiunt· quia inuentrix huius generis est mulier. Vnde et apud amazones sistro ad bellum feminarum exercitus vocabatur. ¶ Tintinnabulum de sono vocis nomen habet·sicut & plausus manuũ·stridor valuarũ

¶ Simphonia vulgo appellatur lignum cauum·ex vtraq; pelle extensa·quam virgulis hinc & inde musici feriunt·fitq; in ea ex concordia grauis & acuti suauissimus cantus

¶ De. Musicis numeris ¶ Ca·ix

Vmeros autem secundum musicã ita queris. Positis extremis·utputa·vi & decus dipondius·vides q; monadibus superetur· vi·xii·&·vi·monadibus ductis p quadratum sexies seni faciunt·xxxvi. Coniũgis extrema illa·vi·ad·xii·simul efficiũt·xviii. Partitis tricies sexies per decus octus efficit dipondius. Nlos iungis cum summa minore id est sexies erunt·viii·& erit medium inter·vi·&·xii. Quapropter octo superant·vi·duabus monadibus id est tercia de sexies· & superantur ·viii·a·xii·quatuor monadibus tercia porcione. Qua parte ergo superat·eadem superatur. Sed haec ratio quemadmodũ in mundo est ex volubilitate circulorũ ita & in microcosmo in tantũ preter vocẽ valet·ut sine ipius perfectiõe etiã homo simphonis carẽs nõ consistet. Eiusdẽ musice perfectiõe etiã metra consistũt

in arsis & thesis id est eleuatione & positione

INCIPIT · LIBER · TERCIVS · DE · ASTRONOMIA · ET · EIVS · NOMINE

ASTRONOMIA · EST · ASTRORVM · LEX · QVAE · CVRSVS SIDERVM · ET · FIGVRAS · ET habitudines stellarum circa se · & circa terram indagabili ratione percurrit ·

De. Inuentoribus eius — Ca·ii

Astronomiam primi egiptii inuenerunt. Astrologiá vero & natiuitatis obseruantiam chaldei primi docuerunt. Abraham autem instituisse aegiptios astrologiam iosephus auctor adseuerat. Graeci autem dicunt hanc artem ab athlante prius excogitatá · ideoq; dictus est sustinuisse caelum. Quisquis autem ille fuit · motu caeli & ratione animae excitatus p temporum vices · per astrorum rotatus diffinitosq; cursus · per interuallorum spacia moderata consideruit dimensiones quasdam · & numeros que diffiniendo ac secernendo in ordinem nectens astrologiam reperit

De. Institutoribus eius — Ca·iii

Nutraq; autem lingua diuersorũ quidem sunt de astronomia scripta volumina. Inter quos tantum ptolomeus rex alexãdrie apud graecos habetur precipuus. Hic etiam & canões instituit quibus cursus astrorum inueniatur

De. Differentia astronomie & astrologie — Ca·iiii

Inter astronomiam autem & astrologiam aliquid differt. Nã astronomia caeli conuersionem · ortus · obitus · motusq; siderum continet · vel ex qua causã ita vocentur. Astrologia vero partim naturalis · partim supersticiosa est. Naturalis dum exequit̃ solis & lune cursus vel stellarum certas tempoꝝ stationes. Supersticiosa vero est illa · quam mathematici sequuntur qui in stellis auguriantur · quiq; etiam · xii · caeli signa per singula animae vel corporis membra disponunt · siderumq; cursu natiuitates hominum & mores predicare conantur

De. Astronomie ratione — Ca·v